

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Strabonis Geographicorum [geographicorum] Lib. XVII

Strabo

Basileae, 1539

Libri tertii.

urn:nbn:de:bsz:31-67095

alterum Gadibus adiacens, alterum Abido, septenūm stad. sunt. Et quòd iuxta Byzantiū est, stadiorum quatuor. Quòd duæ sunt Corcyrae, altera Phæacū contra Buthrotum, altera Mellina, contra ostia Drillonis fluuij uersus occasum & boream. Est autem hæc in sinu Ionio. Quòd Europa tum sapientiæ, tum artis ad uitam ciuilem idoneæ plurimum teneat: uelut Græci sunt & Macedones & Romani. Habet etiam per montanas regiones, gentem pugnacem. Et in agro campeltri ferax est, ac fructibus abundat. Inter cæteras itaque partes terræ, tum ob has uirtutes, tum ob metallorum copiam optima sanè est. Quòd Ligures nō sint è gente Gallica, similes tamen illi genere uitæ. Incolunt alpium regionem quæ Apennino cōiuncta est. Partē etiam ipsius Apennini tenēt. Quòd Italiam efficiant peninsulam, partim mare Tyrrhenum initium sumens à Ligustico, partim Ausonium & Adriaticū. Quòd iuxta Hipparchi sententiam, cæli pars una, id est trecentesima sexagesima totius circuli maximi portio, stadia continet in terra septuaginta.

LIBRI TERTII



Q UOD Hispaniæ longitudo stadiorum sit sex millium: latitudo autem maxima, quinque milliū. Huius magna pars, cum primis uero quæ ad septentrionem iacet, aspera est, & terram habet tenuem, acerbam, paucos fructus ferentem, & gelu rigidam. Cæterum australis pars, & maxime quæ extra columnas est sita, optima est, & beatam habitationem præbet. Quòd & Hispaniæ & Galliæ pars angustior iuxta Pyrenen sit. Nam in his locis duos sinus efficiunt, hinc oceanus, illinc quod intra terras est mare. Quòd extrema Hispaniæ uersus occasum ad Sacrum promontoriū, ultra terminos Africæ procumbunt, stad. mille quingentis. Et nauis simile est promontorium ipsum, circa setres exiguas habens insulas, è quibus una naualis rostri, reliquæ aurium eminentium effigiem præ se ferunt. Quòd Anas flu. & Tagus, ex orientali parte facta eruptione, egrediuntur: hic in occidentum oceanum, ille uero ad austrum à Sacro promontorio. Cæterū quæ inter hæc duo flumina interiacet regio Sacrumq; promontorium continet, mediocriter fœlix est: quæ uero deinceps uersus interius mare sita est, si uel ad uniuersam habitabilem conferat ur, nulla est inferior, siue eorum, quæ terra producit, bonorum fœlicitate, siue quæ iptum mare. Hanc Betis flu. perlabitur, ab ortu erumpens, appellaturq; Bética. Incolunt eam Turdetani sapiētissimi Hispanorū. Hi grāmaticen habebant & poëtas & historicos, ut affirmabāt Strabonis tempore, è sex annorū millibus. Sed & ceteri Hispani non una lingua utentes, grāmaticis artibus utuntur, pro suo idiomate singuli. Quòd Gades à Beticæ litore distent stad. septingentis quinquaginta. Quòd Beticam incolentes Hispani, ἀναχύσεις siue æstuaría uocare cōsueuerint cōualles marinis aquis refertas, & instar fluuiorū in mediterranea nauigationē præbētes. Quòd à Sacro promontorio ad ostia Anæ fluuij milliaria sunt sexaginta. Hinc ad Betis ostiū, centū. Inde ad Gades usq; septuaginta. Quòd per Beticā magnæ sint urbes, Corduba, Gaditana, Hispalis, Italica, Ilipa, Astina, Carmon, Obulco, & Apetna, & Vrsō, & Tucis, & Iulia, & Aegna & Munda, ubi liberi Pompeij fuerūt expugnati. Cæterū omnes illæ à Corduba non

longe absunt. Quòd è Pompeij filijs, Cn. deuictus in Carteiam fugerit, ibiq; obtruncatus est, Sextus autem è Corduba seruatus, paulò post in Siciliam appulit, quam ubi ad rebellandum sollicitasset, inde in Africam fugiens nauigauit Milestum, captusq; ab Antonianis ductoribus illic & ipse interiit. Quòd Betis magnis nauigijs, in mediterranea & usque ad Hispalim per stadia quingenta aduerso flumine nauigatur. Sunt autem circa ripas eius metalla, tum alia, tum argenti plurimū. Quòd per æstuaria uniuersa ferè Betica nauigabilis sit. Quòd circa Hispaniam ad Sardiniam usque Etesia in interiore mari Euri efficiuntur.

Quòd in uniuersa Hispania perniciosarum bestiarum raritas sit, præterquã terras effodientium cuniculorum, quos aliqui hiberidas appellant. Plantis enim & sementis calamitatem inferunt, radices esitantes. Idem fit usq; ad Massiliam atq; nonnullas circūiacentes insulas. Quòd tantæ fuerunt diuitiæ Hispanorum Turditaniam incolentium, ut Carthaginenses qui sub Barca militabant, dolijs ac phialis argenteis utentes deprehenderint. Quòd Lusitania scelix adeo sit, atque auri ramentis abundet. Quòd septentrionale maxime Hispaniæ promontorium, Nerium appelletur. Quòd Carthago noua Hispaniæ, super interiore mari sita, ædificium sit Asdrubalis eius qui Barcæ genitori successit.

Quòd Hispania fermè tota, omnis generis, maxime uero auri & argenti metalla habeat. Quòd stadijs uigintiquatuor à Carthagine abest insula, à scombris qui illic capiuntur Scombraria dicta, è quibus optimum garum præparatur. Quòd ex aduerso ostiorum Iberi fluuij uersus austrum, Baleares sint sita, non contemnendæ insulae, à quibus mare dictum est Balearicum. Graeci appellant Gymnesias. Cantabri uero insignis est gens Hispaniæ, à qua oceanus Cantabricus est dictus. Quòd in Hispania castores multi gignuntur, sed non habet eandem uim castorium cum pontico. Quemadmodum etiam æs Cyprium solum Cadmiam lapidem fert & uitreolum & spodium. Item Celtiberorum equi cum sint subalbidi, ubi in exteriorem Hispaniã traducti fuerint, colorem mutare dicuntur. Quòd Cantabri & qui hisce sunt finitimi, urina lauantur, quæ ad uelutatem usq; in cisternis seruata sit. Eadem tum ipsi tum eorū uxores dentes abstergunt. Quòd Vettiones cum primū castra Romanorum ingressi, quosdam Centuriones deambulationis gratia uiam deflectere cernerēt, insanire homines suspicati, ac proinde ijs præcedentes uiam ad tabernacula monstrabant, perinde ac fixos in quiete manere, aut pugnare necessarium arbitrarētur. Tam feris illi atq; immansuetis moribus fuerunt. Præterea autem ipsorum mulieres ornatus gratia gestabant ferrea monilia collo circūdata, coruos ferreos habentia qui ante frontem longius procumbentes, supra uerticem erant reflexi. Ad hos coruos cum uellent, attrahebant uelum, ut prætentum faciei ipsam tegetet. Et hunc putabant ornatum esse. Alias aiunt tympanulum circūiectum habere ad ceruicem, rotundum, adstringens caput ipsum usque ad auriculas, in altum uero latumq; paulatim supinatum. Alias uero priorem comam adeo expilare, ut plus quàm facies pateat. Alias rursus stilo pedali imposito, atq; in sublime erecto, cæsariem illi circumtexere, deinde nigricante pileo exornare. Ultra hæc, quæ sanè uera esse constat, permulta alia uisa sunt, quædam etiam afficta, de omnibus cõmuniter Hispaniæ nationibus, potissimum uero de ijs qui uersus boream iacent, nō solum de ipsorū fortitudine, sed & de crudelitate & ferocie. Siquidem matres filios occiderunt prius quàm in bello

cape

caperentur. Et
 rena, nacto cultu
 ijs qui secum ca
 sele coniecit. Ha
 pe & Betis ostio
 gua, latitudine
 tant. Quòd
 trã q̄ mari aliq
 fluit, completur
 pernas terra pa
 prohibetur à sol
 defectum efficit
 uenas usque ade
 probans, aliam
 toris humectata
 per pristinum al
 nioni & expirati
 sus accedit, ut sin
 perficiem haben
 alios meatus ad
 momēto expira
 illud abit rursus
 re. Diurnum q
 lumen: annuar
 ne cõscensum u
 excedit, mare in
 Rursus in clinan
 dium excesserit
 na manet ocean
 interuallo ab ho
 nec sub tellure in
 horizonte abfu
 deuetur luna. A
 sterus uero mo
 ties soli iuncta a
 ritlecta, & cresc
 nem increment
 tuntur maxime
 uerfatur, inæqu
 inundationum
 nis medio inter

caperentur. Et puer quispiã, cū parentes & germani & captiui uinculis astricti iace-
 rent, naçto cultro eos omnes interfecit, id scilicet iubente patre. Idem fecit mulier de
 ijs qui secum capti fuerant. Alius intra societatem ebriorū inuitatus, supra rogam
 sese coniecit. Hæc autem & Celtæ & Scythæ & Thraces faciunt. Quòd à Cal-
 pe & Betis ostio Gades distant stad. septingentis quinquaginta. Est autē insula exi-
 gua, latitudine stadij unius, longitudine centū. Huius incolę è mercatura ditissimi
 sunt. Quòd Polybius fontem ait esse in Gadibus, aquis idoneis potioni, cui cō-
 trà q̄ mari aliquid euenit. Nam cum illud augetur, tum ipse deficit: cum uero re-
 fluit, completur. Causam adferunt, quod spiritus qui è fundo in superficiem & su-
 pernas terrę partes excurrit, dum mari scilicet accedente, terra ipsa undis operitur,
 prohibetur à solito egressu: atq; ad interna reuersus fontis meatus obturat, & aque
 defectum efficit. Ea deinde iterum nudata, directos meatus agens spiritus, fontis
 uenas usque adeo liberat, ut facile & ubertim scateat. Hanc causam Strabo non ap-
 probans, aliam adfert. Quòd sit credibile, ut uenę aliquę fontis, ab inundatione
 foris humectatę laxentur, & aquis in obliquū magis effusionem præstent, quàm
 per pristinum alueum in fontem retundant. Deinde, ut ait Athenodorus, inspira-
 tioni & expirationi perquam simile uidetur quod circa aquarum accessus & recessus
 sus accedit, ut sint fluentes aquę per alios meatus naturalem fluxum in terrę su-
 perficiem habentes: quorum meatum orificia appellamus fontes. Rursus per
 alios meatus ad maris fundum cōtrahuntur, ipsumq; attollentes, ut inundet (quo
 momēto exspiratio fit) propriū alueum relinquūt. Mox ad eundē redeunt, cum &
 illud abit rursus. Quòd Posidonius ait, oceanī motum syderis circuitū subire.
 Diurnum quidem, solis ortum & occasum: menstruum uero, lunę uarium
 lumen: annum autem, solis conuersiones. Atque in singulos quidem dies ad lu-
 nę cōscensum uariat, quòque tempore illa unius signi magnitudine horizontem
 excedit, mare intumescere incipit, et in terras accedere, quoad ipsa mediū cęli teneat.
 Rursus inclinante sydere, retrocedit paulatim, donec signo uno horizontem occi-
 dum excesserit, quo momento prorsus decrescit mare. Deinde in eadem constan-
 tia manet oceanus quousq; luna sub occasum demersa, rursus sub terra unius signi
 interuallo ab horizonte distiterit. Quando, eodem modo quo prius ascendit, do-
 nec sub tellure in imo cęli sit. Inde redit, donec ea in ortum progressa uno signo ab
 horizonte abfuerit. tum enim consistit donec supra horizontem signi altitudine
 eleuetur luna. Atq; ad hūc modum singulis id diebus ab æterno peragitur. Men-
 struus uero motus ita fit: Intenduntur aquarum incrementa decremētāq; quo-
 ties soli iuncta aut cum plena lumine fuerit. Remittuntur dum æqua portione fue-
 rit lecta, & crescente ea & decrescēte. Annuus ita fit: Circa utranq; solis conuersio-
 nem incrementa & decremētā intenduntur, circa æquinoctium utrunque remit-
 tuntur maxime. Istud fit perpetuo. Rursus autem, dum luna in tropicis signis
 uersatur, inæqualitas apparet accessus atq; recessus, tum celeritate tum multitudine
 inundationum. In æquinoctialibus & æqualitas est & ordo constantior. In ceteris
 medio inter hæc modo.